



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 7. An qui sacrilegè pluries communicavit, si actum contritionis
postea eliciat, vel attritus confiteatur, recipiat simul omnes gradus gratiæ,
quos recepisset ex opere operato, si dignè semper ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Quæstionis resolutio.

ita D. Thomas, Cajetanus, Paludanus, & Ledesma.

* Quibus adde Margaritam Confessor. à M. Dominico de Balthazar editam H. spalis, anno 1526. folio 46. ubi sic: * Cum nostra Sacramenta gratiam conferant, non effectivè, sed dispositivè, quæ non imprimunt characterem, imprimunt similem dispositionem, quæ dicitur ornatu, & infra: * Ad omnem formam sufficienter disponentem ad al quem effectum, sequitur effectus, sublato impedimento, & remota fideione: In Baptismo sequitur gratia à characterem. Sed ornatu sufficienter disponit ad gratiam, ergo sublato impedimento fideionis, sequitur inde gratia. * Sic ille, qui licet de Sacramento Pœnitentiæ loquatur, idem ob eandem rationem de Eucharistia dicere tenetur, cum utrumque Sacramentum similem ornatu imprimat, non characterem.

7. Eandem sententiam tenent M. Petrus de Soto de inst. Sacerdot. lect. 4. de Baptismo in fine, ibi: * Augustinus rationabiliter asseruit lib. 1. de Baptismo contra Donatistas, quod recedente fideione incipit Sacramentum operari, &c. Hoc dicimus in Eucharistia, hoc in ceteris omnibus; nec opus est, inquirere, quæ virtute Sacramenti, hoc fiat. * Et pro hac sententia Capreolum, & Paludanum, colligitur ex his, quæ tradit M. Dominicus de Soto in 4. dist. 18. quæst. 3. art. 3. in fine. Hanc sententiam, dicens, esse D. Thomæ, amplectitur Thomas Hurado tom. 2. variarum resol. tract. ult. resol. to. n. 529. ubi ait: * Quare mihi non placet sententia Martini de Ledesma asserentis, quod Sacramentum Eucharistie, recedente fideione, non causat suum effectum, quæ iterabile est. Hoc inquam mihi non placet, cum omnium Sacramentorum æqua sit ratio, quantum ad istam rationem. * Eandem amplectitur, & multis fuit, esse probabiliter Cabrera de Sacram. quæst. 69. art. 10. disp. 4. nu. 9. quem citatur Diana 3. p. tract. 4. resol. 15. P. Arriaga tom. 9. de Sacram. in genere, disp. 4. sect. 4. fol. 156. P. Mascarenhas disp. 4. cap. 5. nu. 21. fol. 49. & Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 5. diff. 21. ubi inquitens: * Si los deinas Sacramentos, fuera del Baptismo, recibidos con fideion, tienen sus efectos, quitada la fideio? Respondet: * En esta question no ay cosa cierta. Lo que tengo por mas probable es, que todos los Sacramentos, quitada la fideio, tienen su efecto. * Sic ibi, licet postea tract. 7. diff. 32. libi constans, oppositum de Eucharistia dicat.

8. Et novissimè hanc sententiam, pluribus pro ea citatis, valdè probabiliter putat M. Joannes Martinez de Prado tom. 1. de Sacram. 3. p. quæst. 69. num. 9. ibi: * Rursus, alii id tribuunt omnibus Sacramentis, nempe causare gratiam recedente fideione, &c. Demum alii hoc privilegium omnibus tribuunt, excepto Sacramento Eucharistie, &c. Hæc sententia videtur reliquis probabilior, & conformior D. Thomæ; non tamen negamus, penultimam sententiam esse valdè probabilem. * Ceterum hanc penultimam conformiorem esse D. Thomæ, constat ex auctoribus supra citatis. Quibus non dissentit M. Sotus in 4. dist. 6. quæst. 1. art. 8. dicens: * D. Thomas videtur hoc generaliter omnibus Sacramentis tribuere, & certè id videtur consequi ex ista solutione ad primum argumentum; quia quodlibet est opus Dei. Ideò quæ tantum D. Thomæ sententiam, aliis citatis, illam defendit Leander à Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 5. q. 7. ubi ait: * Probabilius respondet, omnia Sacramenta fidei suscepta, ablata fideione, suum effectum conferre, sic D. Thomas, Cajetanus, Petrus de Soto, Bonacina disp. 1. quæst. 6. p. 3. nu. 3. Henriquez lib. 1. cap. 24. & 25. & alii, quos sequitur Palaus tom. 4. tract. 18. p. 9. a. num. 4.

Part. II.

9. EX Sacramenti Eucharistie reviviscencia, & ex virtute à Christo Domino concessa ad causandam gratiam recedente fideione (id est, remisso peccato lethali, quod fuit gratiæ infundendæ obex) infertur planè, eum, qui pluries sacrilege communicavit, dum primum per contritionem, aut veram confessionem pœniterit, recipere saltem eos gradus gratiæ, quos percepisset, si dignè (id est, sine mortali) nulla positiva dispositione præcedente, communicasset: sicut ille, qui pluries Sacramentum Pœnitentiæ fidei, seu absque dolore sufficienti percepit, dum primum cum dolore debito confitetur, recipit saltem eos gradus gratiæ, quos Sacramentum Pœnitentiæ ex opere operato causasset, si non adfuisset obex tempore susceptionis, nempe minimam gratiam, quam hoc Sacramentum ex opere operato causare potest. Ut cum Suarez, & aliis tradit Arriaga de Sacramentis in genere, disp. 15. & tenent non pauci infra referendi.

10. An verò in majori mensura conferenda sit gratia, recedente fideione, in Eucharistia, vel pœnitentia, aliisvè Sacramentis? colligendum est ex doctrina D. Augustini pro Sacramento Baptismi; nam quod ille de Baptismo asseruit, dicit D. Thomas censendum de pœnitentia, de aliisvè Sacramentis, ut videre est apud M. Petrum de Soto ubi supra, ejus hæc sunt verba: * Augustinus rationabiliter asseruit lib. 1. de Baptismo contra Donatistas, quod recedente fideione, mutata videlicet voluntate illa, cum qua quis in peccato accedit ad Baptismum, incipit Sacramentum ipsum operari, non inquit ille (nempe Augustinus) quam si cum susceperetur, adesset illa pœnitentia. Quam piam quidem, & dignam Dei misericordia sententiam tota Ecclesia sequitur, &c. Et quamquam hæc sententia in reliquis omnibus Sacramentis non sit ita recepta, potest tamen rationabiliter credi, cum sit in omnibus eadem ratio. Ita ut nullus sine consolationis doleat de amissa gratia Sacramenti, sed credat, quod etsi cum suscepit, non satis fuerit dispositus, numquam tamen exclusus est à fructu ipsius, quamdiu illum defectum supplere potest. Hoc dicimus in Eucharistia, hoc in ceteris omnibus. * Hæc tenet ille. Ex quibus duo nobis liquido constatur. Primum, quod D. Augustinus (juxta mentem Petri de Soto) planè sentit, Baptismum reviviscere ad eum gradum gratiæ, quem contulisset, si pœnitentia, quæ nunc habetur, adfuisset tempore susceptionis Baptismi. Secundum, quod M. Petrus de Soto sentit aperte, eodem modo philosophandum de Eucharistia, ac de Baptismo; ac proinde eandem gratiam conferendam ex opere operato, quando, recedente fideione, Eucharistie Sacramentum reviviscit, quæ collata fuisset, si dolor, & dispositio, quæ modò est, præcessisset tempore susceptionis Eucharistie.

11. Hanc sententiam loquens de Baptismo defendunt plures Thomistæ, quos refert, & sequitur M. Joannes Martinez de Prado to. 1. de Sacram. 3. p. quæst. 69. dub. 4. nu. 29. ubi postquam pro contraria, & negativa retulit Patrem Suarez, Coninch, Castrum Palao, M. Serram, & Aversam, sic ait: * Affirmativa sententia est communior, & vera, & idèd in eam magis inclinat Nunno, tenentque Cabrera quæst. 69. art. 10. disp. 1. num. 10. & 27. Candidus disquis. 16. art. 9. dub. 10. & admittit Valquez disp. 159. cap. 5. (& etiam cap. 4. n. 48.)

O o 2

n. 48.)

num. 48.) stando in ea opinione, quæ docet, Baptismum, recedente fictione, conferre gratiam ex opere operato, idem probat Lugo *disp. 9. de Sacram. in genere, sect. 5. dub. 2. num. 73.* Sic ibi. Quos sequitur Dicastillo *de Sacrament. Baptismi, tract. 2. disp. 2. dub. 15. num. 176.* Et ante omnes M. Bannez 2. 2. q. 24. art. 6. dub. 6. *concl. 4.* loquens de reviviscencia Sacramentalis gratiæ, ubi ait: * Cum ergo diximus gratiam Sacramentalem restitui pœnitenti, intelligendum est in ea quantitate restitui, quæ daretur illi, si cum præfata dispositione accessisset ad præterita Sacramenta. * Sic ex illo refert M. Prado *tom. de Pœnitent. q. 89. dub. 4. n. 2. & 3.* illique subscribit, dicens: * Sic Bannez, & meritò. * Quorum præcipuum fundamentum est, quia gratia Sacramentalis datur adultis inæqualiter juxta uniuscujusque dispositionem, ut tradit Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 7.* cum autem attritio, seu contritio, qua tollitur fictio, verè sit dispositio ad gratiam virtute Baptismi antea suscepti recipiendam (quia Baptismus eam non operatur sine dispositione recipientis) sequitur inde, juxta præsentem dispositionem, gratiam esse conferendam, & consequenter eamdem, quæ si tempore susceptionis Baptismi, hujusmodi dispositio præcessisset. Quod de aliis etiam Sacramentis dici debet.

12. Eamdem sententiam defendit Thomas Hurtado ubi *suprà num. 555.* dicens: * Colligitur tertio contra Suarez, quod gratia remissionis peccatorum, quæ causatur, recedente fictione, virtute Sacramenti, datur juxta mensuram præsentis dispositionis, ita loquens de Baptismo tenet Granado, & ratio est, quia omnia Sacramenta valida, quando sunt in forma conservant suam virtutem, & efficaciam respectu sui effectus; atqui Sacramenta exerunt suas vires, juxta dispositionem recipientis, ut est apud omnes indubitatum, & videtur definitum in Tridentino *sess. 6. cap. 7. &c.* Quare actus, quo tollitur impedimentum (attendit) non est dispositio ad Sacramentum, quod jam antea erat susceptum, sed ad recipiendum effectum Sacramenti, qui proportionatur præfata dispositioni. * Hæc Thomas Hurtado, cui accedit M. Joannes de la Cruz ubi *suprà*, dicens: * Sacramentum præcedens operatur modo, ac si esset præfens, *

§. III.

Confectaria.

13. EX dictis evidenter deducitur, Doctores omnes, qui sentiunt, privilegium reviviscenciæ concessum esse omnibus Sacramentis, nullo excepto, non posse negare Sacramentum Eucharistiæ fictè susceptum, recedente fictione, causare ex opere operato, saltem gradum illum gratiæ, quem contulisset, si absque obice fuisset susceptum. Unde pro hac parte necessariò stabunt Cajetanus, Mag. Serra, M. Petrus de Soto, Cabrera, Arriaga, Diana, Mag. Nunno, Candido, Hurtado, Joannes de la Cruz, qui opinionem istam sequuntur, & Mag. Prado, qui, valde probabiliter esse, dicit, illos referens ubi *suprà*. Qui consequenter inficiari non possunt sequelam illam, quæ nonnullis mirabilis visa est: scilicet, pœnitentem eo majorem gratiam, oblato obice, susceperum, quo pluries antea fictè communicaverit; quæ evidenter ex his præmissis deducitur. Nam quo pluries fictè communicavit, eo plura numero Sacramenta reviviscunt; & cum eorum quodlibet causet ex opere operato distinctum gradum gratiæ, necesse est, quod

omnia simul majorem gratiam, oblato obice, sentent, quam quodlibet eorum cum minima dispositione suscepit.

14. Hæc illatio adeò evidens est, ut ob eamdam, non pauci negaverint Eucharistiæ, quodlibet Sacramentis, recedente fictione, concessam. Diana p. 11. *tract. 7. resolut. 48. §. 1.* Itaque dicitur contra jus, & fas celebrat gravissimis criminibus defensoris innodatus, sapius etiam quotidiè periculis vitam; recipere in fine vite contritus gratiam tantum ingentem, ex tot sacrilegis horrendis, quæ operaretur satis absurdum. * Hæc Diana, & non minus aliis M. Joannes Martinez de Prado ubi *suprà* *fol. 625.* Denum inquit alii hoc prælegimus tribuunt, excepto Sacramento Eucharistiæ, in Suarez, Coninch, Fillucius, Lugo, Layman, Villalobos, Bonacina, Trullench. Exceptionem habent, primò ab inconvenienti; quæ ex operato queretur, Sacerdotem scienter toto vite curam mortali peccato celebrantem, si in mortis articulo contratur, vel cum attritione confitetur, recipere ingentem gratiam cum ulum correspondentem quibus Missis præteritis, in quibus celebrando ingenti sacrilegia commisit. Unde fieret repente iniquissimus, & eo sanctior, quo plura fuissent sacrilegia, & multo sanctior, si singulis diebus contra legem suam celebrasset decies, vel centies, quod incredibile apparet, &c. * Hæc Prado, cui tamen sequetur plurimum dissonat, quia infra de contrariis, quam sequitur opinione, inquit: * Hæc sententia videtur probabilior, & conformis D. Thomæ. Non enim negamus, penultimam, & primam esse valde probabilem, & idèò unusquisque in hoc puncto potest in suo sensu abundare. * Sic ille. Qui cum, ut ex his patet, illationem præfata inveniit ab illo centum tantam sententiam concedentem Eucharistiæ, recedente fictione, gratiam causare, & aliunde concedere, valde probabilem esse sententiam istam penultimam, ex qua id necessariò sequitur; planè contrarium, conclusionem æquè probabilem putare, ac principium; & consequenter valde probabilem: ex eadem concessio, nemo illam negare potest. Quæ propterea jure admittit Mascarenhas ubi *suprà* *disp. 4. cap. 2. fol. 49.*

15. Deducitur secundo ex dictis, in opinione recedente, juxta mensuram præsentis dispositionis, quæ peccati obice tollitur, gratiam conferendam, necessariò dicendum esse, omnes Eucharistiæ sumptus in peccato lethali prius factas reviviscere potest, quoad effectum ex opere operato causandum, adeo gratiæ gradus, quorum causa fuissent, si hæc uno modo dispositio, quæ modo datur, singulas communi præcessisset. Hæc illatio majorem admittit excusationem; neque enim tamen illi dissentire Doctores præ citati, qui admissa reviviscencia Eucharistiæ, recedente fictione, (sicut, & Baptismi) quoad effectum gratiæ; juxta mensuram præsentis dispositionis, gratiam habitualemente tradunt. Unde pro hujusmodi illatione ultra alios necessariò stare debent Petrus de Soto, Cajetan, Thomas Hurtado, Joannes de la Cruz, didus, Card. de Lugo, Vasquez, Dicastillo, & alii, pro illius probabilitate M. Prado, Cabrera, Diana, & alii, qui, ut vidimus locis supra citatis, Sacramentum alii, qui, ut vidimus locis supra citatis, Sacramentum gratiam conferre, probabile existimant.

16. Neque idèò dicendum, quæ suscepti Eucharistiæ commodum ex fictione, quæ suscepti Eucharistiæ

QVÆSTIO VIII.

An, qui habuit voluntariam pollutionem, possit, præmissa peccati confessione, eodem die communicare?

§. I.

Probabilior sententia ab autoritate suadetur.

Patrem affirmativam tunc gravissimi Doctores, quo citatos sequitur P. Mascarenhas tom. 1. de Sacram. tract. 4. cap. 7. fol. 239. dicens:

* Ita tenet Sylvest. verb. Eucharist. 3. §. 10. num. 12. Navarrus retractans se in ultima editione in Manual. cap. 21. n. 51. & cum multis Joannes Sanchez in selectis, disp. 23. n. 30. & 31. Item Hurtado, Azor, Suarez, Layman, &c. * Quibus addit D. Thomam 3. p. quæst. 80. art. 7. & alios, quos suppresso nomine refert M. Serra, ibidem fol. mihi 457. quorum sententiam probabilem ipse existimat. * Si pollutio, inquit, sit peccatum mortale, quod non est per legitimam penitentiam deletum, à sumptione Eucharistiae impeditur ex necessitate præcepti, & sub ratione peccati mortalis; si vero reatus culpæ mortalis esset à pollutione ablatus per contritionem, & confessionem, non hoc modo impeditur, sed solum eo modo, quo impedit pollutio, quæ est sine peccato, vel cum solo peccato veniali, ut colligitur ex solutione quarti argumenti: de qua pollutione dicit D. Thomas non impedire ex necessitate. Quod quidam intelligunt sub nullius peccati, etiam venialis reatu impedire, cum necesse sit, peccatum veniale vitare, & nunquam liceat illud committere. Unde de conjugatis dicit sanctus Doctor hic ad secundum cum D. Gregorio, eos, qui paulò ante communionem conjugalibus vacaverint amplexibus, suo iudicio relinquendos esse, ut scilicet, si velint, ad communionem accedant: quia coitus conjugalium solum impedit secundum congruentiam, & non secundum necessitatem. Ex quo aperte colligitur, non impedire ex necessitate, idem esse, ac sub nullius peccati, etiam venialis reatu impedire, &c. Hæc intelligentia, & doctrina mihi probabilis videtur, sed probabilior, & conformior esse D. Thomæ iudicio, impedire sub peccato veniali, quæ præsertim inter Thomistas, communis est. * Hactenus M. Serra,

2. Sed, me iudice, aperte fallitur, dum opinionem, quam probabilior esse putat dicit, esse conformiorem D. Thomæ; nam loco ab ipso citato, nempe 3. p. quæst. 80. art. 7. D. Thomas expressè asserit, confessionem seminis proventientem absque peccato lethali, non impedire ex necessitate, sed ex congruitate. Quibus non solum peccatum mortale, sed etiam veniale excludere, constat ex ratione, qua utitur: * Ex quadam verò (inquit) congruentia impeditur quantum ad duo, scilicet quia in illa reperitur quædam fœditas corporalis, &c. & oritur evagatio mentis. * Et ob hanc causam, in responsione ad secundum, asserit, impedire communionem ex congruentia coitus conjugalem, quando est sine peccato, * scilicet, propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem. * Et paulo post: * Sed quia hoc, secundum congruentiam, & non secundum necessitatem,

O o 3

est

fictio enim per accidens se habet, & commodum solum habetur ex Sacramento Eucharistiae validè suscepto, quod pluries repetitum majorem gratiam causat, recedente fictione: sicut qui pluries Sacramentum penitentiae fictè suscepisset, majorem potest gratiam, recedente fictione, recipere, & eo majorem, quo pluries validè cum fictione, seu cum obice ad infusionem gratiæ, confessus fuisset. Imò & de illo etiam verificaretur, si fictio fuisset graviter peccaminosa, quod eo sanctior evaderet, quo plura sacrilegia fictè confitendo commisisset. Et tamen in hoc concedendo, nullum datur absurdum in opinione communi Thomistarum, eo quod peccatum fictionis per accidens se habeat, & fructus major non ex peccato, sed ex Sacramento sæpius iterato proveniat, & ut ait cum Scoto, M. Prado supra num. 27. de Baptismo fictè suscepto loquens: * Potius habet detrimentum ex fictione, quia tempore, quo suscipit, & sequenti usque ad penitentiam, qua aufertur fictio, est filius gehennæ, & omnia opera eius mortua sunt. Si autem non fuisset fictus, fuisset tunc, & usque ad lapsum filius Regni, & opera eius viva, quibus meruisset augmentum gratiæ, & gloriæ; ideoque id cedit in commendationem penitentiae, & divinæ largitatis, qui tantam vim contulit Baptismo (adde, & Eucharistiæ) ut vim habeat operandi ablato obice, ac si tunc conferretur. Et ita omnino est asserendum. * Hæc Prado.

17. Sicut igitur, per se loquendo, melioris conditionis est, qui Baptismum suscepit dignè cum attritione, ut duo: quàm qui indignè suscipit, licet postea, ablata fictione per attritionem, ut quatuor, majorem gratiam virtute Baptismi recipiat, quam antea recepisset dispositus per attritionem, ut duo; & licet per se loquendo melioris est conditionis, qui initio vitæ Baptismum suscepit, quam qui culpabiliter differt usque ad articulum mortis, licet isti asserat remissionem omnimodæ omnium peccatorum totius vitæ, etiam quo ad penam, quem fructum non consequitur, qui multis retro annis baptizatus est; ita similiter in nostro casu dicendum est. Idemque contingeret, absque ullo absurdo, in Sacramento penitentiae valido, si & tamen suscepto. Per se enim loquendo, melioris est conditionis, qui absque fictione dispositus attritione, ut duo, sæpe recipit Sacramentum penitentiae, quàm qui fictè totidem recepisset; licet hic postea, fictione ablata per attritionem, ut quatuor, majorem gratiam, virtute iterati valoris Sacramenti, ex opere operato recipiat, & eo sanctior evadat, quo plura sacrilegia commiserit, & multò, sanctior, si singulis diebus ter, vel quater validè, sed cum fictione Sacramentum penitentiae suscepisset: eo quod totum hoc augmentum per accidens eveniat ex fictione; per se verò ex virtute Sacramenti, quod hac dispositione ut quatuor accedente, juxta illam, gratiæ effectum modo causat, ut docent Theologi supra citati: ergo similiter de Sacramento Eucharistiae fictè suscepto discurre debemus, si consequentiam servare velimus. Dissonantia enim, quoad augmentum gratiæ, reperiri nequit in uno Sacramento magis, quam in alio.

* *